



Universitätsbibliothek Paderborn

Sacrvm Misericordiæ Palativm

Variis Sacræ-Scriptvræ Locis, Atqve Septem misericordiæ operibus quasi
peristromatibus exornatum

Gazaeus, Nicolaus

Augustae Trevirorum, 1618

Quod natura ipsa nec non Pagani solo naturæ lumine illustrati nos doceant
vestire nudos cap. 26.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54459](#)

SSSSSSSSSSSSSSSSSSSSSSSSSS

QVOD NATVRA IPSA
NEC NON PAGANI, SOLO
NATVRÆ LVMINE ILLV-
strati nos doceant vestire
nudos.

CAPVT XXVI.

Non solum Deus nos pauperum membra nuda contegere docet sed & ipsa natura; cū homini pellem delicatiorem quā ceteris animalibus indiderit; quæq; ingruentiū malorum, calamitatum, atq; elemen- torum intemperiē minus ferre valeat. Nam pilis caret quibus se contegat ac muniat, ad instar quadrupedum; non squammas ha- bet vt pisces maris; non lana vestitur, vt o- ues, non plumis contegitur, vt aues; non a- culeatis munitur armis vt Herinacij, nec si- milibus fruitur beneficijs, que animalibus natura nō negauit. Si igitur natura vestimē- to priuasse hominē videtur, Ratio atq; na- turæ instinctus nos instruit, vt illa ei de- mus, quæ ipsa negauit. Ideò Infideles qui Redemptoris nullam habuere cognitionē, & tamen nudos vestierunt, in Christianos insur-

insurgent vindictam exigentes, ab eo, cui
omne iudicium à Patre datum est; quorum
è numero, aliquos in medium adducere nō
pigebit. Ptolomeus Thebæorum validissi-
mus dux, ita à iuuentute petentibus Ele-
mosynam, tribuere consueuerat; vt militi
cuidam roganti, cum nihil tunc temporis
quod dare posset, haberet; nudatis pedibus
suis proprios calceos, beneficio vocé hanc
connectens; porrexit: Accipe sint tibi in
commodum: malo namque pedibus nudis
incedere, quam te nudū in necessitate de-
serere. Quid ad hæc Christianus dicere po-
terit? Si Etnic⁹ se proprijs, (vt pauperi sub-
ueniat) priuet commoditatibus, nulla di-
uinorum præmiorum retributione alle-
ctus; quam rationem daturus est Christia-
nus, si cognitis Dei promissionibus, idem
non fecerit? quantum pudebit, quantoque
suffundetur rubore, in hoc vltionis, atque
exprobrationis die! Simon Atheniensis fi-
lius Miltiadis, maximum Nobilium secum
circumducebat comitatum, quos, (nudis
pauperibus inuentis) exui vestibus, paupe-
ribusque indigentibus elargiri imperabat.
D. Martinus adhuc Cathecumenus dimi-
diatam chlamydem pauperi seminudo, qua-
congegeretur liberalissimè porrexit.

*Plutarch. in
vit.*

Seu Sulp.

Epami-

Epaminondas vocatus quondam ut Ci-
uili interesset concursui, ne quiuit interes-
se, quia tunicam pauperi dederat, nec præ-
ter illam quam lauabat, habebat. Vale- *Lib 4.c.8.*
rius Magnus summis extollit laudis enco-
mijis hominem Agrigentum opibus af-
fluentem, sed in Misericordia vberiorem
Gilliam nomine; quod is non solum pere-
grinos omnes suo exciperet hospitio, sed
etiam nudos artus contegeret; ita vt vna
die quingentos viros, quos vis procellæ in
suum expulerat portum vestibus nouis in-
duerit. Pudeat Christianos à paganis supe-
rari, quibus nulla diuinitatis, Deique nostri
inerat notitia! Iudices attamē vestri erunt,
in vestræ confusionis augmentum. *Ægypti*,
Palladis statuam ditissimis, decorabant
ornamentis; tu verò Christiane, Dei imagi-
nem Christique in paupere membra nuda
derelinquere poteris? Iure sanè in similes
exargent, eosque iniurias ac scœnitiae re-
dargentes, vindictam exposcent. Nec hi

soli, sed & hij quos inferius
recenzebo.

• 5 : 5 •



Z

QVOD